



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

Acquaviva, Claudio

Coloniæ Ubiorum, 1616

53 Defectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50645)

Deut. 32.

tam vehemēter populum admonet Moyses. Memento dierum antiquorum: cogita generationes singulas: interroga Patrem tuum, & annuntiabit tibi maiores tuos, & dicent tibi.

¶ Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

HEbraeus, tremor, vel horror. Sed significantius dictum est, defectio, quasi deliquium, animi defectus, & virium languor. Non enim qualiscunque tristitia occupat seruum Dei cogitantem peccatorum transgressiones, sed omnino defectus animi. O quid facit caritas? Non enim pro sua vel iniuria, vel læsione contristatur, & ita grauius contristatur, sed pro legis dissipatione. Deficit autem & horret.

Peccata sunt iusto causa dolores.

Primò, quia contemnuntur Dei mandata.

Primò propter ipsam mandatorum suauitatem, & dulcedinem, quam non intelligi à peccatoribus vehemēter excruciat. Vt, si quis gemmam pretiosissimam, sibi que carissimam videat ab ignorantibus, & non cognoscentibus, tanquam lutum aestimari atque conculcari.

Secundo, quia Deus inhonoreratur.

Secundò, quia Deus inhonoratur: quod illi insanabile vulnus est. Fieri enim non potest, vt quis Deum diligat, & de eius contumelia non ex animo afficiatur. Si enim

enim Abisay, filius Seruix non potuit patienter ferre contumelias, & maledicta, quæ Semei in Regem Dauid irreuenter iaciebat, sed dixit. Quare maledicit Canis hic mortuus Domino meo Regi? Vadam, & amputabo caput eius. Quid faciat vir sanctus, cum Dominum totius Maiestatis, & omnium factorem, atque conseruatorem, ita tractari viderit?

2. Reg. 16.

Deinde, quia maximum-ipsis peccatoribus malum est. Caritas autem de proximi malo dolet ex animo: &, quo maius fuerit malum, eo magis dolet. Itaque eadem vna caritas, quæ de Deo neglecto dolet, dolet & de proximi malo. Et non directæ in nobis, sed vna dilectio est, vt ait S. Leo, quando & seruum seruire, & Dominum cupimus imperare.

Tertio, ob damna peccantium.

Ser. 5. de Ieiun. 7.

Postremò, quia cernit non solum illos suo sine frustrari, sed etiam ipsum Deum: qui ideo legem dedit, vt remuneret (Nam transgressores punire iustitiæ est) sed malum Dominus non esse, quos puniret, sicut scriptum est. Nunquid voluntatis meæ timor impij, & non magis, vt conuertatur, & viuat? Quis ergo, si sensum Dei habet, non horreat, imò non deficiat, cum viderit Deum contemni, proximos peccando in æternum, ac sempiternum cadere malum; & tamen sine suo fine, talique fine, quod in ipsis est, insipientissimè frustrari?

Quarto, quia & ipsi peccatores, & Deus quodammodo sine suo frustrantur. Ezech. 18.